

Romae rep. non longe a platea Lateranensi (Gatti bull. com. 1889 p. 145).

— 1) Cf. supra N. 2090 not. 1. — 2) Numeri supra scripti. — 3) Scribendum esse t. (turma) putat Gatti. — 4) A. 250.

**2191** I. o. m. | pro salute | imp. Aug. n., | turma Maxi.<sup>1</sup> | Aurel. Syrus | cera Candidiana<sup>2</sup>, | allec. ex provinci[a] | . . . [ala] . . .<sup>3</sup>

Romae sine dubio rep., est Panormi (Eph. ep. 4, 759). Titulum esse equitis singularis probabile est. — 1) Scr. Maximi. — 2) Non intellegitur; explicationem temptatam a Mommseno vide Eph. l. c. — 3) Cf. N. 2188 not. 5.

**2192** . . | Mansuetu[s]<sup>1</sup> | singulari[s] | imp. Traiani | t.<sup>2</sup> Marini, | v. s. l. m.

Romae rep. una cum N. 2188 (Henzen ann. inst. 1885 p. 258). — 1) Inter equites singulares milites factos a. 106 et honesta missione missos a. 133 (ann. l. c. p. 243), memorari M. Ulpium Mansuetum, ab hoc Mansueto fortasse non diversum, monuit Henzen. — 2) Turma.

**2193** M. Ulp. Crhsimus (sic) . . . . eri . . . (a parte Apollinis) natione Parth|us et ex gener|osis MHNA<sup>2</sup> tur. | Issi, | fecit pro salute imp. et sing. | Aug. et omni|bus amici | mei. | Q. Marcius Ar|temidorus<sup>3</sup> . . . . . (a parte Dianae quae scripta fuerunt, perierunt praeter vocabulum) templa.

Romae, tabula cum imaginibus Apollinis et Dianae (C. L. Visconti bull. com. 1889 p. 221 tab. IX). — 1) Idem ut videtur M. Ulpius Chresimus dedicavit titulum editum ann. inst. 1885 p. 290. — 2) Non intellegitur. — 3) Idem redit N. 2195<sup>a</sup>.

**2193<sup>a</sup>** Iovi | Dolicheno | pro salute n. | eq. sing. Aug., | Q. Marcius | Artemidorus | medicus cas|trorum aram | posuit.

Romae rep. una cum N. 2188 (Henzen ann. inst. 1885 p. 289).

**2194** Aesculapio et Hy|giae M. Ulpius Ho|noratus dec. | eq. sing. imp. n., | pro salute sua | suorumque et | L. Iuli Helicis me|dici, qui curam | mei diligenter egit | secundum deos, | v. s. l. l. m.

Romae (VI 19 vidit Henzen).

**2195** T. Aur. T. f. Genetivo | dec. eq. sing. Aug. nat. | Noricus, vix. an. XXIX | mil. ann. X, amici | faciend. curav. (homo equos tres ducens).

Romae in museo Capitolino (VI 3206 vidit Henzen). — De anaglypho cf. Ab. Müller Philol. 40, 1881 p. 261 qui agnovit equos tres ab Hygino de mun. castr. c. 16 decurionibus alarum tributos.

**2196** d. m. | P. Ael. Basso arm. cust. | eq. sing. Aug. tur. Aeli Crispi, | nat. Bessus Claudia Apris<sup>1</sup>, | vix. an. XLI mil. an. XXI, | T. Fl. Marcellinus signifer, h.<sup>2</sup>, et | Aurelius Quintus dup. sec. h.<sup>3</sup> municipi et | amico b. m. f. c.

Romae (VI 5177 vidit Henzen). — 1) Significatur colonia Claudia Apris Thraeciae. — 2) Heres, 3) secundus heres.

**2197** d. m. | T. Aur. Vitelliano vex.<sup>1</sup> eq. | sing. Aug. tur. Valeri, | nat. Pann., v. a. XXX, mil. a. | XII, T. Aur. Verus fratri pientissimo f. c.